

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. I. Romana Testamenti de Carafis. De testamento nuncupativo  
nuncopatione implicita, per relatione[m] ad schedulam in certo loco  
existentem, juxta formam traditam pe Bart. in I. si ita scripsero ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)



# DE TESTAMENTIS DISCURSUS PRIMUS.

ROMANA TESTAMENTI DE CARAFIS

PRO

HÆREDITATE TESTAMENTARIA CARDINALIS  
PETRI A LOYSII CARAFÆ.

*Discursus pro veritate.*

De Testamento nuncupativo nuncupatione implicita, per relationem ad schedulam in certo loco existentem, juxta formam traditam per Bart. in l. sita scripsero ff. de condit. & demonstr. An & quando valeat; Et quid requiratur ad validitatem.

## S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 De induito Cardinalium testandi remissive.
- 3 Referunt doctrina Bart. super forma testamenti nuncupativi nuncupatione implicita aper relationem ad schedulam,
- 4 Referuntur volentes dictam Bart. doctrinam procedere in legatis, non autem in institutione habredis.
- 5 In contrarium quod procedat indistincte, etiam in institutione hereditis.
- 6 Declarantur tenentes primam.
- 7 Sufficit testamentum fieri juxta leges, vel mores loci, etiam quoad forenses, & bona extraterritorium.
- 8 De differentia inter institutionem, & legata, & quando ista possint valere, si institutio est nulla.
- 9 Ex quibus dicitur confitare de certa identitate schedule.
- 10 e. Au valeat hoc testandi formula per relationem ad schedulam adhuc non scriptam, sed scribendam.
- 11 Definitate testandi an competit de jure nature, vel positivo, & quam potestatem in hoc habeat Princeps, remissive.

## D I S C . I.

Nfornatus ad mortem Cardinalis Petrus Aloysius Carafa in Conclavi tento Sede vacante per mortem Innoc. X. (in quo inter summum Pontificium dignos reputabatur) coram Notario, & septem qualificatissimis testibus, professus est se testari juxta schedulam propria manu con-  
*Card. de Luca P. I. de Test.*

scriptam, & in quodam specificato ejus domus scrinio existentem, quam lequuta morte, in dicto scrinio repertam, nulla dubitatio cadebat esse propria manu testatoris satis cognita, absque vi-  
tio, vel suspicione; Hoc autem non obstante, venientes ab intestato, ex consilio aliquorum Ad-  
vocatorum in patria, intendebant hujusmodi testa-  
menti validitatem impugnare; Cujus contrarium  
ego dicti Cardinalis intimus, & obscurusissimus,  
ejusque coniunctorum ab intestato venientium be-  
nevolus, pro veritate consului, atque ad eorumdem  
instantiam discursum edidi, ut communicaretur  
dictis Consulentibus contrarium, qui eviso ac-  
quieverunt.

Illud autem videbatur solidum, ac breve fun-  
damentum, quod ubi etiam de stricto juris positivi  
rigore, super hujusmodi testatorum specie aliqua  
subesse posset difficultas; Illa tamen cessabat  
in presenti dum agebatur de testamento condito  
per Cardinalem habentem indultum Pontificium  
testandi per simplicem schedulam propria manu  
conscriptam, vel subscriptam, absque aliqua  
solemnitate, ita ut sola naturalis probatio sufficeret,  
ex iis, que super testamentis Cardinalium ha-  
bentur in Romana hereditatis de Cesis, & in Roma-  
na hereditatis de Iustinianis hoc eod. tit. disc. 6. & 7.  
Ideoque cum indubitate esset schedulam esse si-  
caram, & propriam manu Cardinalis, atque per di-  
& cum actum in Conclavi, gestum resultaret ablique  
dubio perfecta naturalis probatio determinata vo-  
luntatis ita testandi; hinc proinde hoc solum abs-  
que alia inspectione sufficere debebat,

A

U

De LUCA  
De  
Testamentis  
et ceteris  
GVI

## DE TESTAMENTIS

Ut autem satisiceret dictis Consulentibus de partibus, qui de hujusmodi testandi forma dubitabant; Vel ob omisssam hæredis nuncupationem ore proprio testatoris, ut in testamento nuncupativis requiritur; Vel ob non bene servatas solemnitates in testamento inscriptas desideratas; Vel ob fraudes, quibus hujusmodi testamento subjace-re solent, ex auctoritatibus in discursu deducen-dis, quibus innitebanur; Hinc proinde devian-do à consueto stylo, atque assumendo, ut adaptatè responderetur auctoritatibus per dictos Consulentes cumulatis, diversum stylum, genio nimis adversum, faciendo collectaneas super rece-ptis conclusionibus, discursum edidi, ut sequitur.

Bart. in l. sita scripto ff. de condit. & demonst. po-nit questionem per hæc præcisa verba.

Testator dixit volo, quod hæres meus der., quod scriptum est in schedula, quam reliqui apud Guardianum Fratrum Minorum, Guardianus ostendit schedulam, an valeat, & videtur quod non, quia id quod in testamento nuncupativo relinquitur, debet à testibus exaudiri, ergo &c. Præterea ista voluntas est captatoria, & confertur in voluntatem Guardiani, unde scriberet quidquid vellet &c. Præterea ista sche-dula non est solemnis, cùm non sit legitimum testa-mentum, & sic non valeat &c. Ego dico hoc esse ve-rum quando non apparet schedulam esse testatoris ex legitima litterarum comparatione, vel aliis legitimis indicis, alias puto quod valeat.

Ita Bartoli theoria fuit per Scribentes diver-simodè intellecta; Aliqui enim putant, illam in-telligendam esse tantum in legatis, quæ etiam nu-tu, ac ab intestato relinquunt possunt, secus autem in institutione hæredis, quam credunt nullo pacto posse substineri per hunc modum testandi, quo-niam duo sunt genera testamentorum, unum lo-leme, & alterum nuncupativum; Non potest au-tem hujusmodi dispositio valere ut testamentum solemne, quoniam hoc de necessitate exigit certas solemnitates, de quibus in l. hac consultissima Cod. de testam. Neque potest valere ut nuncupativum, quoniam in hoc de necessitate requiritur, ut testa-tor publicè coram testibus ore proprio nominet hæredem, juxta text. in l. hæredes palam de testam. & l. jubemus Cod. eodem; Ergo ista formula non est iure probata; Ideoque hanc sententiam con-tra hujusmodi testamenti subsistentiam, tenent in-frascripti deducentes pro corum opinione enmd. Bart. ex eo quod misteriosè loquitur sit de legatis, non autem de institutione hæredis nempe.

Aretin. in lib. hæredes palam numer. 1. de testam. Iaf. in l. hac consultissima §. per nuncupationem Cod. eod. numer. 1. & sequ. & in l. ubi autem §. illud ff. de verb. oblig. Bellamer. cons. 1. numer. 32. & 46. Cyriac. controv. 444. num. 10. 8. & sequen. Vasquez de success. creare. lib. 2. §. 11. num. 16. & seq. Faber de error. pragmat. quest. 3. decad. 69. cap. 4. in Cod. sub tit. de testam. definit. 20. Gratian. discept. 973. ex num. 1. Ru-bens resol. practica 6. de testam. cap. 37. num. 58. & cap. 38. n. 73.

In contrarium, quod imò theoria Bart. proce-dat indistinctè, etiam quoad institutionem hæ-redis, quodque hujusmodi testamenta valcent tan-quam nuncupativa nuncupatione implicita, atque ita dicatur satis factum formæ præscriptæ in d. l. hæ-redes palam, & l. jubemus per dictam relationem ad schedulam, maximè ubi testator dixit coram testi-bus se instituere hæredem, prout in schedula; Ex-pressè firmant, vel tanquam indubitatum admit-tunt ultrà alios, quos non habitos præ manibus non vidi.

## Ex Repentibus.

Bald. in l. aſſe tot off. de hæred. institut. num. 3. & in l. captoriaris Co. de testam. milit. num. 10. An-gel. in d. l. aſſe toto in princ. Alex. in d. l. ubi autem §. illud numer. 3. Caſtrenſ. in d. l. hæredes palam sub num. 2. in d. l. ubi autem §. illud, & clariss in l. hac consultissima §. per nuncupationem numer. 3. Cod. de testam. Socin. late in d. l. si ita ſcripero. Salicer. in l. fin. num. 5. Cod. de fideicom. Padill. reſt in l. cū quidam num. 1. de legat. 2. Covarr. in cap. cum tibi in princip. n. 5. de testam. Burgos de Pax ad l. 3. Tan-ri par. 2. n. 1166.

## Ex Consulentibus.

Alex. conf. 176. num. 6. & sequen. lib. 5. Socin. ſen. conf. 142. numer. 6. lib. 1. Socin. jun. conf. 24. num. 5. lib. 3. Enig. conf. 56. per tot. Gozad. conf. 3 ex num. 11. Caſtrenſ. conf. 93. numer. 4. lib. 1. Decian. conf. 74. per tot. lib. 5. Paris. conf. 19. num. 13. & seq. lib. 3. Ruin. conf. 193. num. 10. lib. 2. & conf. 11. num. 2. & 7. lib. 3. Alciat. bene conf. 126. num. 1. & 2. lib. 9. Rubens. Alexandrin. conf. 14. num. 7. Oddi. conf. 64. num. 17. qui vocat conclusionem communem, & vulgatam, Bellon. ſen. conf. 85. numer. 10. & sequen. Monach. admittit conf. 313. num. 45. Altograd. pariter admittit conf. 96. lib. 2. in princ. Andreol. controv. 103.

## Ex Tractatibus.

Magdalen. de numer. testinmp par. 2. cap. 29. numer. 9. & sequen. ubi late Mantic. de conject. lib. 1. tit. 7. numer. 7. Guſtier. lib. 2. prakticar. cap. 41. numer. 4. & seq. Clar. §. testamentum quæſt. 4. num. 3. & quæſt. 36. num. 2. Craſſ. de ſucession. §. Inſtitutio quæſt. 16. numer. 3. & seq. Berlicho. conclus. 4. n. 25. p. 3. Gratian. diſcept. 605. n. 36. & sequen. Gabr. de teſamen. conclus. 11. numer. 4. & per tot. Vafquez de ſucesscreat. §. 17. numer. 53. & seq. Caſtil. tom. 4. controv. cap. 20. numer. 28. & seqq.

## Ex Decisionantibus.

Aſſlit. decif. 143. num. 7. Capyc. Latr. decif. 5. nu-mer. 26. & sequen. Rouit. dec. 95. num. 10. & sequen. Thom. mat. late decif. 82. ex num. 15. Adden. ad Buratt. decif. 475.

Et licet aliqui ex allegatis in eorum casibus, vel teneant contra testamento, vel de illo dubitant; Attamen admittunt conclusionem, sed negant ap-licationem, Vel quia non bene conſtet de identi-tate, vel quia conſtet testatorem se reſtrinxisse ad viam testandi ſolemniſter.

Eamdem opinionem pro testamento, perpetuo tenuit Rota, ab anno 1582, usque ad prefens, nun-quam variando, ut teſtantur Rub. in dict. prakticab. refol. cap. 26. numer. 212. & sequen. Adden. ad Buratt. decif. 475. Et conſtat ex inſrcriptis decisioni-bus.

In Romanateſtamenti 20. Maii 1582. coram Cle-mente octavo, In Romanateſtamenti 9. Decembris 1620. coram Coccino impref. par. 4. rec. tom. 2. decif. 263. num. 9. & seq. In Romana legati librar. 10. Maii 1624. coram Ubaldo par. 4. rec. 10m. 3. decif. 533. in princ. In Romana hereditatiſ de Arigonis 9. Decembris 1624. coram Manzanedo dicta par. 4. 10m. 3. dec. 570. numer. 7. In Romana teſtamenti 9. Decembris 1624. coram Ubaldo eadem par. 4. 10m. 3. decif. 581. numer. 6. & sequen. In Romana hereditatiſ 23. Ianuarii 1627. coram Virili apud Fenzon. decif. 3. In ea- dem

# DISCURSUS I.

dem coram eodem 28. Iunii 1627. part. 5. recen. dec. 96. In Romana successio 19. Ianuarii 1629. coram Durano inter suas dec. 178. num. 6. In Narnien. hereditatis 24. Ianuarii, & 28. Maii 1629. coram iudice inter suas decis. 180. & 206. In eadem Narnien. 16. Novembris 1629. & 11. Ianuarii 1630. coram Ghislerio, In Romana hereditatis de Varis 23. Iulii 1631. coram Vero spio, In Romana hereditatis 19. Novembris 1635. & 7. Aprilis 1636. coram Coccino, & in eadem 8. Martii 1632. coram Vero spio, que est decis. 226. part. II. rec. In Peruina testamento 15. Decembris 1642. coram Corro, decis. 136. part. 9. rec. In Romana testamento 14. Iunii 1649. coram Orthobono inter suas decis. 181. In Senogallien. successio 29. Ianuarii 1652. coram Corrado impress. decis. 215. part. 11. rec. & in aliis frequenter, de quarum pluribus habetur actum infra ad hanc materiam testamenti nuncupativi nuncupatione implicita, ex quibus patet, quod hodie questiones sunt potius facta super veritate, seu identitate schedulae, non autem super conclusione juris.

Et his liquet, quantum ista opinio sit magis communis, & recepta; Quinimò supradicti allegetati pro contraria sententia, neque suauituti; Si quidem Arretinus in d. l. hæredes palam num. 6. discerit materia in hinc inde, Et quamvis videatur inclinare contra testamento, attamen in fine ejusdem numer. 1. clarè concludit, quod si plene constet de identitate, valet testamentum, etiam quoad institutionem, & sic in effectu facit differentiationem inter institutionem, & legata super modo melius probandi identitatem.

Vasquez in eodem §. II. fatetur contrariam esse communem, atque in dicto §. 17. num. 53. expressè tenet dictam communem pro testamento.

Gratian. est sibi contrarius, quoniam discep. 60. num. 36. & 37. quando scriptis ad veritatem, & non ad pecuniam, ingenuè testatur opinionem Bart. esse magis receptionem, etiam quoad institutionem.

Faber in Cod. ubi supra licet dubitet, in effectu tenet pro testamento, quoties identitas certa sit.

Rubeus in plerisque locis circa hoc varius, fatetur tamen contrariam esse receptionem.

Et quamvis pro dicta sententia contra testamento soleant allegari Paul. de Castr. in d. l. sita scriptum num. 3. & 4. Tiraq. de leg. connub. quæst. 7. numer. 193. Affl. decis. 143. & Ambros. in dec. 13. Attamen male allegantur, quoniam Paulus de Castro in loco dubitat tantum, sed nihil firmat, in aliis vero pluribus locis supra allegatis, expressè firmat contrarium.

Tiraquell, certè hoc non dicit, quinimò ponit conclusivè opinionem contrariam, postea subiungit, Suntamen, qui id negant &c. & sic ipse non firmat, sed relativè ad alios, quo casu non est vera illa vulgaris traditio, ut Doctor censeatur tenere illam opinionem, quam ultimo loco ponit, ut rectè observat Arias de Mafalib. 2. var. resol. cap. 23. numer. 24.

Afflitus, licet ubi testator elegit viam testandi solemniter, dubitet an testamento possit valere uti nuncupativum, attamen num. 7. clarissimè firmari testamentum nuncupatione implicita, atque doctrinam Bart. procedere etiam in institutione hæredis.

Ambrosin. decis. 13. num. 20. expresse admittit hujusmodi formam testandi, sed in casu suo impugnat illud testamentum ex defectu numeri testium, & ob suspicionem falsitatis.

Card. de Luca P. I. de Test.

Præterea idem Gratian. d. disceptat. 973. num. 37. admittit opinionem pro testamento esse veram, ubi de stylo Curiarum est admissa, atque cum eo in hoc pertransiunt Cyriac. & alii; Ideoque cùm ex præmissis decisionibus constat quod in Curia Romana perpetuò habita est tanquam vera ista opinio, consequenter, quicquid sit de jure, non erat de alio querendum, dum testamentum erat confitum in Curia, quamvis ageretur de bonis sitis Neapoli, vel alibi.

Vera enim juris conclusio est, quod sufficit testamentum fieri iuxta solemnitatem loci, in quo celebratur, etiam respectu bonorum extrà territorium illius loci. Bart. in l. cunctos populos num. 36. & 37. Cod. de summa Trinit. & fid. Catholic. Magdal. de numer. testium. par. 1. cap. 2. num. 86. & sequens. Adden. ad Burat. dec. 834. Merlin. decis. 447. alias decis. 335. n. 22. par. 5. rec.

Ulterius quæstio cadit circa validitatem institutionis hæredis, non autem circa legata in quibus concordant omnes cum Bartolo, nemine contradicente, ex ea manifesta ratione, quia legata relinqui possunt etiam ab intestato; Nil obstante, quod corrumpere testamento corrueat legata, id enim in his terminis procedit, ubi defectus testamenti est in substantia, seu veritate, quia scilicet non bene constet de identitate; Secùs autem ubi est in simplici subtilitate juris, ob non expressionem hæredis ore proprio, quoniam hoc militat in institutione, non autem in legatis; Et ideo cum effectibus testamenti, de quo agebatur consistet magis in legatis, quam in institutione, ita evidenter constare dicebam ut prætensio nullitatis testamenti, vel vana, & temeraria, vel sine effectu esset.

Et revera si considerentur Cyriac. & alii impugnantes testamentum, principaliter se restringunt ad non probationem identitatis, ac suspicionem falsitatis schedulae; Ideoque cùm in hac facti specie versaremur extrà istud dubium, consequenter cesabat occasio dubitandi.

Veritas schedula ad quam testator in casu, de quo agitur, habuit relationem, erat indubitate; Primo ex notorio caractere testatoris comprobato per duas alias schedulas præcedentes in substantia idem continentur; Secundò ex ipso contextu dispositionis, præsercum ex satis distincta descriptione bonorum mobilium, censuum, libitorum, & aliorum, quæ non nisi ipse testator facere poterat; Tertiò quia aderant familiares, qui videlicet scribere, ac reposuerunt de ordine testatoris schedulam in loco, in quo reperta fuit; Quartò ex arca bene custodita cum clavibus penes testatorem; Quintò quia non poterat adeste suspicione falsitatis, non quidem in hærede, qui erat hæres, & prelegatus majoris quantitatis, attenta absentia, ætate, & qualitate persona; Minusque in aspirantibus ad legatum Cardinalatus, & Prælatura, utpotè incertum, & eventuale circa personas, quarum commodo cedere deberet; Et nihilominus Bart. dicit, ad hujusmodi identitatem probandam sufficere indicia, ut sepius infra.

Et de contentis in hoc testamento quoad Cardinales, & Prælatos habetur sub tit. de fideicom. decis. 52.

Post hæc scripta, in alia causa, cuius speciem memoria non suggerit, contigit dubitari, an dicta testandi formula sublineatur, quoties relatio non est ad schedulam jam confectam, & alicui traditam, sed ad conficiendam, & tradendam; Atque dubitandi rationem movent dicta verba Bart. directa ad schedulam factam, ac reliquat.

De LUCA  
De  
Institutio  
et stat.  
GVT

Verum præsupposita bona probatione identitatis; Dicebam affirmativam probabiliorem videri, quoniam eadem rationes in omnibus militant; Atque ita in specie firmant *Ludovicus Lana conf. 2. de testamen. nuncupat. inter tract. mag. tom. 2. part. 1. fol. 180. & Vazquez de success. creat. lib. 2. §. 17. nu. 53. circa med. vers. quid autem si coram supremo testib. Et pro absoluto supponitur per Rot. decif. 663. par. 4. rec. in princ. ubi agebatur de consimili dispositione, ideoque tota disputatio restringebatur ad identitatem.*

In hac autem materia factionis testamenti; Cùm incidenter occasione induiti Cardinalitii, iudem Consulentes de partibus excitaissent difficultatem super potestate Papæ, vel alterius Principis derogandi solemnitatibus; Ego deducebam ea, quæ habentur deducta *sub tit. de fideicom. disc. 141.* ut facultas testandi competit ex legis positiva benignitate, quodque in ratione discursiva, potius dici valeat, ut jus natura resistat facultati disponendi de bonis postquam non sunt amplius sua, ac prior Dominus annihilatus est, ita conferendo ejus voluntatem in tempus inhabile; Ideoque de Principis potestate non est dubitandum, ut etiam advertitur *sub tit. de Regal. disc. 148.* ad materiam potestatis Principis tollendi jus tertii, & plures *sub tit. de fœd.* ad materiam Bulla Baronum, & aliqua insinuantur *infra disc. 14.* latius vero d. disc. 141. *de fideicom.*

## ROMNA TESTAMENTI DE FABIIS

PRO  
JULIANO BUTIO  
CVM  
PETRO DE FABIIS.

*Casus varie decisus per Rotam, & sopus, ut infra.*

De eadem materia testamenti nuncupativi nuncupatione implicita, circa probationem, seu veritatem identitatis schedulæ, ad cuius relationem illud factum sit.

S U M M A R I U M.

- 1 *F*acti series.
- 2 *F*ota tenet validum testamentum juxta formam, qua dicitur nuncupativa nuncupatione implicita per relationem.
- 3 De probatione identitatis schedula, quod debeat esse ita concludens, ut posibilem suppositionem excludat.
- 4 Contrarium verius, & qualis probatio sufficiat.
- 5 Distinguuntur plures casus, seu species schedularum super probatione identitatis.
- 6 Defide soli Notario praftanda super identitatem schedulae sibi consignatae, & distinguuntur, an rotatus sit separabilis, vel ne a schedula.
- 7 De effectibus cautela, qua dicitur Fulgoſi, & qua regula tenenda sit circa fidem Notarii.

8 *An requiratur subscriptio testium.*

9 *An sufficiat rogatum esse in dorso folii involventis, vel debeat esse in ipsa scriptura continente dispositiōnem.*

10 *Ponderantur circumstantia veritatem, vel subscriptiōnem redolentes.*

11 *Falsitas committi non solet absque magna utilitate.*

### D I S C. II.

**R**Etenta juris theoria, de qua *discurs. præced.* super validitate hujus formæ testamendi nuncupatione implicita per relationem ad schedulam clausam; Forus, praesertim in Curia, non tractat amplius quæstionem juris, sed omnes sunt facti super schedulæ veritate, seu identitate, ut praesertim continet in testamento condito per Catharinam de Fabiis & formicinis, quæ prudens, ac probata matrona vidua, gravi morbo oppressa, ac prole carens, suum testamentum conscribi curavit per ejus confessarium, (qui etiam erat proprius Parochus), in quo, Petro germano fratri, partem mobilium reliquit, ac menstrua scuta 20. ad vitam, pleraque alia fecit pia, & prophana legata, unum praesertim seutorum bis mille insigni Societati Annuntiata, quod propria manu reformavit in mille; Hæredem vero scripsit Julianum Butium consobrinum, atque schedulam desuper à dicto confessario scriptam, & etiam ab ea subscriptam in parte dicti legati reformativam, claudendam, atque ad formam testamenti nuncupativi clausi redigendam, tradidit Notario, qui subscriptionem, ob infirmitatis impedimentum non bene, ac præter morem factam, nec non dicti piii legati correctionem videns, volensque in diligentius abundare, curavit, tam subscriptionem, quam correctionem, ab eadem testatrice coram testibus recognosci, extendendo in forma solita actum recognitionis in corpore; Quibus sequutis, idem Notarius dictam schedulam involvit in alio folio, in cuius in simul consulti, ac signati dorso extendit rogatum consignacionis, coram septem testibus in forma.

Defuncta testatrix, Petrus frater agnovit, ac recepit legata, in quorum solutione orta est controversia respectu legati mobilium, an sub eo comprehendenter argenta, gemmae, & pecunia, ut in Romana legati de Fabiis *sub tit. de legatis*; Postmodum vero, prætendens dicti testamenti invaliditatem, judicium instituit in Rota coram Taia, coram quo disputato dubio, *sub die 22. Junii 1661.* prodidit resolutio actori favorabilis, declarans testamentum invalidum.

Non quidem ex defectu hujusmodi formæ testandi nuncupativæ nuncupatione implicita per relationem ad schedulam juxta formam traditam per Bart. in l. sisca scriptero ff. de condit. & demonstr. cum pro absoluto in Rota, & Curia habeatur, ut ista testandi species valida sit ex iis, quæ habentur *discr. præced.* & in decisione desuper edita admittitur, sed ob non omnino certitudinaliter probatam identitatem schedulae, stante possibili ejus suppositione, ex iis quæ habentur *apud Gratian. discr. 973. Cyriac. controv. 444. & Altograd. conf. 96. lib. 2.* cum quibus processum est, ut liquet ex decisione desuper edita.

Quamvis autem, absque alio extrinseco administrculo, dicta resolutio parum subfistens videretur, atque contra opinionem ab eodem Tribunali perpetuo tentam, ut infra; Nihilominus ad quamdam superabundantem cautelam, Reus conventus,

me